

» status nostri, qui est patria sua, sponte et libere renunciare velit  
 » ducatus nostro, quod multis rationibus facere debet, tanquam  
 » bonus princeps et verus patrie pater. Maximeque attento quod  
 » providimus ut honorifice et decenter vivere possit. Quod singulo  
 » anno habeat ab officio nostro salis ducatos millequingentos auri,  
 » qui sibi dentur singulo mense pro rata per ratam, quoad vix-  
 » rit. Et ultra hoc si quid habere restat de salario suo usque in  
 » presentem diem, per ipsum officium ei solvatur in mensibus sex  
 » ratam.

» Et rursus quod habebit a sua serenitate referatur huic con-  
 » silio, quod non recedat de hac sala, ut si opus fuerit provideri  
 » valeat, sicut melius et utilius judicabitur.

» Verum si occurreret, quod idem illustriss. princeps, decla-  
 » rata sibi hac deliberatione, responderet et peteret respectum co-  
 » gitandi, respondeatur sibi, quod contenti sumus dare sibi dictum  
 » respectum respondendi usque in diem crastinum ad horam ter-  
 » tiam (1).

» De parte . . . . .	29
» De non . . . . .	5
» Non sincere . . . . .	6.

(1) In seguito a questa parte è notata nel registro eziandio la seguente, la quale nel mss. fu ommessa. — «Die XXI Octobr. cum Additione. — Quod de materia sereniss. principis, que tractata est in isto Consilio, non possit extra hostium hujus jus sale loqui aliquid nec per signa nec per aliud modum aliquid dici, declarari, nec indicari, aliquo modo, forma vel ingenio: Et similiter aliquis de isto consilio et etiam notarii unus cum altero, habeat simile secretum extra hostium hujus jus sale, sub pena ducatorum mille et privationis omnium officiorum et beneficiorum, regiminum et consiliorum no-

» stri domini intus et extra imperpetuum,  
 » de qua pena non possit fieri gratia, sub  
 » pena ducatorum mille. Item mandetur  
 » ser Leonardo Contareno, qui stetit extra  
 » salam, quod de eo quod factum est de  
 » persone sua, nec de aliqua re, quam sus-  
 » picari posset, nec de his que facta sunt  
 » non dicat aliquid. Et de cetero quum  
 » vocabitur ad istud Consilium cum addi-  
 » tione, idem Leonardus non vocetur.

» De parte . . . . .	37
» De non . . . . .	1
» Non sincere . . . . .	o.